



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer mortuus vitæ redditur, patre eius seipsum B. virgini deuouente
peregrinum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

bus annis cum medio iacuerat paralytica: eoque miseriarum deuenit res, vt maritus omni spe valetudinis deperdita, eam deseruerit, ac militiæ cingulum amplexus sic sub Rege catholico. Ipsa autem habebat Athi fratrem quendam religiosum ordinis S. Francisci, à quo petijt vt ad sui intentionem celebrare dignaretur missam coram imagine miraculosa Cheruiensi; Quo factò pristina restituta valetudini, ingratiudinis noxam effugiens, ei, quæ tantum sibi præstiterat beneficiû, Cheruiam adueniēs, ingentes gratias egit, magnò incolarum Houiniensium comitata numeros: & in gratiarum actionem magna cum melodia missa ibidem fuit decantata.

*PER MORTVVS VITAE RED-
ditur patre eius seipsum B. virgini de-
uouente peregrinum.*

CAPVT XXVIII.

ANno 1573. Aprilis 25. filius Simonis Eudonij à Seburca sancti Driedonis violenti aquarum inundantium impetu raptus pertransijt cuiusdam cataractę meatus: vnde post aliquot horas mortuus inde ereptus, pater eius, ad afflictorum patronam & asyllum confugiens, deuouit se Cheruiæ peregrinum illius venerationis ergo. Subicò autem reuixit infans, & vt antea, bene sanus.

NO.